mundi cum principatu despexit
et Christi milicie se mancipavit.
Hujus gracia et auxilio dominus
Papa Gregorius necnon et ~~glorio~~ sere-
nissimus imperator Romanorum
secundus Fridericus hospitale
sancto Elyzabeth, in quo sacra-
tissimum corpus ejus requies-
cit cum omnibus suis possessi-
onibus et attinenciis hospitali domus
Theutonicorum contradiderunt.
Cumque ejusdem domus religio-
si fratres pro canonizacione
beate Elyzabeth apud domi-
num apostolicum laborarent
et ille de veritate miraculo-
rum plenius certificari vellet,
precepit ut tam testes vite
beate Elyzabeth quam testes
miraculorum ejus diligenter
examinarentur et jurati que
dicenda erant, dicerent. Quod
et factum est. Huic generali
juramento tercia et quarta in-
terpretacio nominis sancte
Elyzabeth congruere videntur.
Non solum dei mei septima
sive dei mei saturitas, sed
eciam deus meus cognovit vel
dei mei juramentum interpre-
tatur, veritatem, quam deus
sive in conversacione sive in
miraculis famule sue cogno-
vit, ut homines eciam ~~idem~~ cognosce-
re idem credere possent, neces-
sitas exigebat, ut testimonia
juramento firmarentur. Hinc
occasione juramenti inserte
ad omissa revertamur.

hosp

requiescit

contradidert.